

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **De efficacia aquae benedictae**

**Johannes <de Turrecremata>**

**[Augsburg], um 1476**

Capitulum secundum De institutione huius aque

[urn:nbn:de:bsz:31-333198](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-333198)

nominis sumit exordium: ideo presentis intentionis sermo a quo  
nominis aque benedictae suum inchoabit. Et licet doctores huius  
sacramentalis discretionem non tradiderunt: quia rar<sup>o</sup> de sacra-  
mentalibus inter doctores diffusus est habitus sermo: reputantes  
ea tanquam causas per accidens ad anime sanctificationem. Verumtamen  
diffinitionem huius sacramentalis formando ad similitudinem diffi-  
nitionis sacramenti baptismi. qua secundum hugonem de sancto. vi. dicitur  
Baptismus est aqua diluendis cum mibus sanctificata per verbum  
dei. Ita pariformiter aquam benedictam deserventes dicere pos-  
sumus. Aqua benedicta est sale conspersa pro fugandis demoni-  
bus. precum diuinarum verbo exorsata siue sacrata. Que quidem  
descriptio satis conueniens esse videtur: cum omnes causas ex qui-  
bus notitia unius cuiusque rei colligitur amplectitur. Causa quidem  
materialis tangit cum dicitur aqua sale conspersa. Causa formalis  
cum dicitur precum diuinarum verbo. Causa efficiens cum dicitur exorsata  
siue sacrata per ministrum ecclesie. Causa vero finalis cum dicitur  
pro fugandis demonibus de quibus in speciali sermo erit in sequentibus.

De aqua benedicta

#### Capitulum Secundum De institutione huius aque

**H**omo quippe uniuersarum viuorum suarum totalitate col-  
lecta in deum ferri debet: ab incommutabili bono scilicet  
deo auersus: diuina iustitia derelictus a dyabolo potentem  
inuasus ita miserabiliter reuidus est: ut ne dum dyabolo in eum  
sed in omnia que in hominis usum ueniunt in ipsius nocentem potestatem ac-  
ceperit. ut dicit sanctus thomas in quarto di. vi. Qua ex radice duplex  
impugnationis genus demonis esse circa hominem experimur ab  
interiori. Impugnat liquidem hominem ab interiori: impugnat ab  
exteriori. Et licet huius impugnationis molestia homo iustissime  
grauatur: diuina tamen bonitas humane miserta infirmitati ne dum  
contra peccatorum morbos egrotantium animarum efficaces ecclesie  
sue sancte medicinas in sacris parauit: uerum etiam ad reprimendam  
et arcendam demonis potestatem in aggressu impugnationis sa-  
lubria remedia in quibusdam sacramentalibus in ecclesia sua esse  
disposuit. Inter que doctores theologie exorsum et aquam be-  
nedictam communi traditione connumerant. Exorsum quidem  
contra impugnationes dyaboli quas ab interioribus commouet  
ad cuius reprimendam potestatem dicitur esse ordinatum. Non enim

g. b. d. y. d. d.  
r. a. m. p. d.  
p. d. d. d. d.  
p. d. d. d. d.  
p. d. d. d. d.  
p. d. d. d. d.

gunimū qui exorcisant dicunt quasi interius laborantes. Aqua vero benedicta contra dyaboli impugnatio[n]es / quibus homines ab exterioribus impulsat: ad cuius arcendas & comp[er]endas potestates vires & ingressus impulsū dicit esse instituta. Preterea huius institutio[n]is auerentia ex hoc colligi potest. Sicut enim in remediū contra peccata secundo loco data est penitencia congruēter / ne in ecclesia deficeret salutari[s] medicina contra peccata post baptismum suborta. q[ui]a baptismus est sacramentū non iterabile: ita videtur ratio[n]abile fuisse / ut in remediū contra impugnatio[n]es demonū post baptismales exorcismos in homines insurgētes esset instituta aqua benedicta: ex quo baptismales exorcismi nō iterant. Et illa est ratio sancti Thome in tertia p[ar]te. q. lxxi. ar. ij. in r[ati]o[n]e vni[us] articuli. Et sic patet q[uo]d in ecclesia semper esset remediū & munimen paratum contra huiusmodi demonum molestias: p[ro]inde in eadem huiusmodi aque benedictae satisfactio est instituta.

De quo instituta est & quo tempore. Capitulum iij.

**T**ertio notandū q[uo]d sicut in re[gi]m[in]e vniuersitatis causalitate regimie & gubernatio[n]e deus sua p[ro]uidētia quēdam immediate p[er] seip[s]m: quodam vero p[er] causas sc[ri]ptas instituit opat[ur] & regit: ita p[ar]iformit[er] in ecclesia sue sancte regimie & gubernatione quodam p[er] semetip[s]m instituit: quēdam p[er] ecclesie ministros institutio[n]e[m] disposuit. Exemplū p[ri]orū sunt ecclesie ipsa sacramenta. q[ui]a ut celebrator habet doctorū theologorū doctrina / ab ipso d[omi]no nostro ihesu xp[ist]o immediate sunt instituta. cū enim ipsa efficiant q[uo]d figurant. Figurāt aut[em] & significāt ex institutio[n]e ut dicit hugo de sancto victore in libro de sacramentis ex institutio[n]e sortiu / dicenda erūt sue virtutis efficacā. Efficacia aut[em] talis in sacramentis non potest esse nisi a solo qui spirituū sanctificatio est solus / s[ecundu]m illud ysa. xliij. Ego deleo iniquitates & peccata. Igitur sacramentorū institutio est a solo xp[ist]o & nō ab aliquo homine puro. Exemplū vero sc[ri]ptorū videlicet eorū q[ui] xp[ist]us p[er] ecclesie sue ministros in eadem esse disposuit / sicut sunt b[en]edictio[n]es pontificū. abbatū. virginū. et vestimento[r]ū: & huiusmodi. Item exorcismi & aqua benedicta: cuius quidem dominice p[ro]uidētie dispositio & auctoritas ecclesie data / expresse tangitur luce p[ri]mo. Domino ita ecclesie prelati in persona ap[osto]lorum dicente. Qui vos audit me audit.